



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectvra Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniæ Agrippinæ, 1653

Præfatiuncula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](#)

732 OPUSCULUM VII, SERMO XI.

ramen dicunt cum Salomone: (a) Mendicitatem & di-
tias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo n.cessaria. (b)
Quoniam experientia docti sunt, quod sit questus mag-
nus, Pietas cum sufficientia. Idcirco, habentes, inquit
alimenta, & quibus tegamur, contenti sumus.

MULTO minus in ædificatione Domus Sapientiae ad-
ditur Malleus Babylonicus, quatenus designat Diabo-
lum, ut commentatur S. Gregorius. lib. xxxiv. Mor.
cap. 10. Nam qui illo vtuntur, sunt Ædificatores De-
mus insipientiae, fundatores turris Babel. confusion-
muratores, & latomi speluncæ latronum, quibus nu-
est Societas cum Templi Dei structoribus, qui omni-
virtutibus sunt Angelici, nullus vitijs Diabolicus. Atq.
ita intelligere potestis, quorum Malleorum usus sunt
Architeconica Christiana, quique planè in eâ locu-
nullum habeant: illud quoque, quod inter Templi Si-
lomonici Admiranda refertur: Cum ædificaretur, Malleo-
non est auditus in eo, aliquatenus conuenire ædificatione
Domus Sapientiae.

(a) Prover. xxx. 8. (b) 1. ad. Timot. 3. vi. 6.



SERMO XII.

GLVTINVM

Architecti Christiani.

PRÆFATIUNCULA,

Quamuis Templum DEI lapideum, quod erat figura Domu-
sapientiae, exstrueretur ex lapidibus dolatis, & perfisi-

disposi-
ferro
sunctu-
copula
Calx
possit f-
uis hoc
terian
string
accept
calce L
Q
mus S
Aristo
curric
si optin
me ag
Quam
hujus r
(a)
terio.

dispositis ad copulationem cum alijs, ut nec malleo, nec securi, nec ferro opus fuerit, ad melius aptandos, tamen ad firmitatem iuncturæ necessarium erat adhibere materiam intermediate, quæ copularentur, ac firmiter cohererent. Hac communiter solet esse Calx, vel vda, vel harenato lita, vel alio modo intrita, ut esse posse ferrumen camentorum, unde & camentum vocetur, quamvis hoc propriè sit lapis rudis, nondum cæsus. Omnem talem materiam Glutino designo, licet hoc specificè sumptum ad collam constringatur, sed nos Gluten vel Glutinum latius sumimus. Qua acceptance dictum reperio, ædificatores Templi, (a) Salomonice calcè lapides inter se conglutinasse.

Quis autem sit optimus usus Glutini apud Ædificatores, Domus Sapientia, docui olim Auditores meos, quos in Philosophia Aristotelica triennio erudieram, cum ijs, a solo Philosophia curriculo, valedicerem, (b) hoc relicto Memoriali, ut Quilibet, si optimè sibi consultum vellet, DEO Sapientia Domino arctissime agglutinaretur. Quod ultima apud ipsos prælectione factum. Quam si hic transferam, reor fore aliquod opere pretium, & ad hujus materia explicationem accommodatum æquè ac fructuosum.

(a) Cornel. lib. 3. Reg. 6.7. (b) Anno. M D C VII. Pauli V. tertio. Herbipolis in Franconia,

ARTICULUS I.

Ingressus in rem.

MNEMOSYNON MAGISTRI VALEDICENTIS.

BONUM habetote animum, Discipuli mihi percaro.

*In manibus terræ non hic vos carmine longo,
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo
Faciam hodie, quod peregrè abeuntes
solent,*